

Codicis *A* quam accuratissimam collationem ut quondam amico suo Prinzipio, ita mihi quoque summa liberalitate concessit Carolus Dilthey, cui etiam hoc loco maximas ago gratias. Huius codicis maiores partes inspexit etiam Prinz, qui praeterea libros *EaC* contulit. De duobus locis libri *A* dubitationem mihi benigne sustulit D. Riccoboni. Libros *BLP(cd)* contulit H. Hinck. Accedit collatio codicis *L* quam Puntoni publicavit in Studi di Filol. Greca I p. 323 — 339 et quae librorum collationes a Wilamowitzio in ed. huius fabulae a. 1891 prolatae sunt. Lectiones libri *N* in Argumento fabulae editioni scholiorum ab Eduardo Schwartz comparatae acceptas reffero.